



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Georgivs Adam Struve/ D. Sereniss. Ducum Saxo-Vinariens. Consiliar.
intimus, Collegii Iuridici Ordinarius Assessor Curiae Provincialis &
Decretalium Professor Praelectiones

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)



GEORGIUS ADAM
Struve / D.

Sereniss. Ducum Saxo-Vinariens. Con-
filiar. intimus, Collegii Iuridici Ordinarius
Assessor Curiae Provincialis & Decreta-
lium Professor


PRAELECTIONES

*eam publicas, quam privatas & extraordi-
narias, nec non alias exercitationes*

J. U. CULTORES

amanter invitat.

B. L. S. P.

 Vemadmodum
eximiis Jus Ro-
manum laudi-
bus inde cumulatur,
a quod

PROGRAMMA.

quod apud plurimas
gentes atque regna
ob singularem observa-
tur æquitatem: adeo,
ut, asserente Antonio

*in l. 4 de J.
& J.*

Mornacio, Jcto Gall.
*nullus fere in hunc diem
non fateatur jus illud
omnium Christiana-
rum gentium usu & ap-
probatione commune id-
eo effectum, quia non
auctoritate cujusquam
& imperio, sed per se,
continuisque rationum
viribus, adrepat animis
legitimum, mira que e-
tiam arte ac ingenio ad*

boni

PROGRAMMA.

boni & periti arti-
 ficis instar, componat
 singula quæque in re-
 bus seu privatis seu pu-
 blicis. Ita vel maxi-
 me Jus Canonicum
 commendat, quod i-
 stud ipsum, ad æmu-
 lationem Imperato-
 rum & imitationem iu-
 ris Civilis eodem, quo
 hoc in usum revoca-
 tum fuit, tempore a
 Pontificibus eiusque
 auctoritate conditum, ple-
 ræque gentes Christi-
 anæ receperint. Sic

Hispanos deficiente ju-
 re

*Pract. que-
 stion. jur.
 can. & civ.
 lib. 1. quest.*

PROGRAMMA

2. num. 4.
 tract. de
 mod. &
 form. vid.
 & exam. in.
 process. c. 10.
 num. 26. &
 legq.

re suo Regio ad Jus Ca-
 nonicum recurrere; i-
 mo civilibus legibus
 præferre scribit Flores
 Diez de Mena & pluri-
 bus rationibus confir-
 mare studet Amat. Ro-
 driquetz in Salmanti-
 censi Academia iuris
 Prof. Testantur quo-
 que huius iuris in His-
 pania usum abunde
 Augustini Barbosæ,
 Protonotarii Aposto-
 lici & Ecclesiæ Vinari-
 ensis in Lusitania The-
 saurarii Majoris *vota*
decisiva & consultiva

cano-

PROGRAMMA

canonica super dubiis
ex variis Hispaniæ par-
tibus ipsi proposita, *li-*
bristribus comprehen-
sa. In Galliæ Regno
causas ex jure canoni-
co in Curiis, ubi opus
est, dijudicari memo-
rat Petrus Rebuffus,
Jurium Doctor ac Co-
mes, Juris Pontificii
ordinarius Professor
Parisiensis (subjiciens:
Sic advocatus vel consu-
lens debet utrumque jus
scire, alioqui quomo-
do consulere possit: quod
facit contra quosdam

Comment.
in Constit.
seu Ordin.
Regias Pro-
am gloss. 5.
num. 126.

a 3

juve-

PROGRAMMA

juvenes jus Pontificium
negligentes, & tantum
civile prosequentes, sed
ipsi non gustabunt dul-
cedinem juris, nisi u-
trumque habeant co-

*in libris de
Ecclesia &
ministr. Ex-
cles.*

gnitum.) Idemque in fo-
rum & Academas ibi-
dem introductum esse
ac publice doceri, con-
stat ex eleganti præfa-
tione Francisci Dua-
reni, Jcti Galli, Profes-

*lib. 23. Hist.
Anno 1559.
tit. Digest.
de Just. &
Jur. subj.
accommo-
datione ad
mores Fal-
liarum.
Comment.*

foris olim in Academia
Bituricensi, (juxta Præ-
conium Jac. Augusti
Thuani) celeberrimi:
Et hujus popularis E-

guinariū

PROGRAMMA.

guinarii Baronis commentariis Testis etiam
ejus rei locuples est Jacob. Cujacius, (quem <sup>in Decretal.
Innocentis
III.</sup>
Principem Ictorum
Lipsius alicubi merito
nominat) & novissime
Antonius Dadinus Al-
teserra, Antecessor
Tolosanus. Quinimo <sup>in l. 8. de
J. & J.</sup>
secundum laudatum
Ant. Mornacium in Se-
natu Parisiensi Patro-
num, quod Martianus
de jure honorario, ip-
sum quasi vivam juris
civilis vocem esse, idem
hodie recte dixerimus

PROGRAMMA.

de J. Can.: ut cuius æ-
quitate emendetur at-
que inflectatur juris ci-
vilis asperitas. Sicut
enim jus Prætorium,
subjicit Idem Autor, ex
edictis Prætorum con-
stitutum est ad lenien-
dum, quod nimia juris
civilis subtilitate vide-
batur durius, prout ex-
poscebant negotiorum
informes molestiæ: ita
& liquido constat ex li-
bris Decretalium, tri-
butas fuisse tandem in
capita, & cohærentes
ordine Justiniano ti-
tulos

PROGRAMMA

tulos, Epistolicas quæ-
stiones, quibus ab omni
Christiani orbis plaga,
pro variis causarum
quarumlibet figuris con-
sulebantur Rom. Pontif.
ut arbitri, ea prorsus ra-
tione, qua explicatur id
in l. si qui ex consensu C.
de Episc. audient. Et
cum circa ann. 1300.
quinque libros Bonifa-
cius IX. ad Gregoria-
nam collectionem adje-
cisset, audivi equidem
sæpius a Senatore ma-
ximo, Hier. Angenoeo,
vetuisse jam pridem Se-

a 5

natum

PROGRAMMA.

natum, ne ulla deinceps voluminis Bonifaciani, quod sextum dicimus, ad instruendas, dirimendasque lites, allegarentur capita, vetusque de eo Senatus consultum tantisper in acris curiæ tabulariis fuisse, dum dominica summi cujusdam, quem nominabat, manu subductum fuerit. Cur hoc in Bonifaciam curia sanxerit, fere nemo nescit: vicit tamen ætas, ususque forensis, ut & Canonicum habeatur hucusque

Sid. Duaren. alleg. loc.

PROGRAMMA.

que ad terminandas li-
 tes ejuscemodi subsidi-
 um Hungaros porro
 Danos & Anglos alios-
 que populos in non-
 nullis causis jus cano-
 nicum usurpare asseve-
 rat Arthurus Duck. in
 Germania tum apud
 Pontificios tum apud
 Augustanæ, nec non
 Reformatæ, quam vo-
 cant, religioni addictos
 hoc jus obtinere ac in
 Academiis publici præ-
 lectionibus exponi, in
 propatulo est. Simi-
 liter & in inferiori Ger-
 mania

*de us. & au-
 tor. Jur. ci-
 vil. Rom. in
 domin. Chri-
 stianor. lib.
 1. c. 7. n. 25.*

mania seu Belgio plurimis in causis illud attendi latius tradit Cyprianus Regnerus, Professor in Academia Ultrajectina. Nec ipse diffitetur, alias quodammodo dissentiens, Paulus Voetius. Quamvis enim haud negemus suos isthoc Jus habere nævos: nec ullam Pontifici Romano potestatem condendi leges concedamus: atque excogitasse nova ea jura canonistas ambitione usurpandæ Jurisdictionis

*Dissert. de
Jure Can.
quom. &
qu. Sim. leg.
háb. in for.
nostr. Deque
rec. consuet.
qua in Acad.
reform. J.
U. Doctores
renunc. lib.
de usu jur.
civ. & can.
in Belg. unit.
Deque more
promovendi
Doctores. utri-
usque jur.
ad l. quoties
C. de jud.*

tionis

PROGRAMMA.

Etionis secularis, Cyno,
qui jam suo tempore ita
scribere ausus est, as-
sentiamus. Plurima ta-
men utilia & præclara
continet: ideoque non
viget apud nos, ut a
Pontifice præscriptum
sed quia Principum ap-
probatione vel mori-
bus, ubi æquitati atque
juri divino consonum,
& Reip. nostræ in Ec-
clesiasticis & seculari-
bus negotiis conveni-
ens, receptum est.

Vos igitur, Nobilis-
simi & Eximii DN. STV.

DIOSI,

PROGRAMMA.

DIOSI, Amici suavissimi,
mi, eadem me, qua de-
cessores Vestri, bene-
volentia & attentione
Institutiones, Pande-
ctas, Codicem, Novel-
las, Feudalia, per an-
nos viginti & unum,
hac ipsa in Academia,
olim profitentem au-
dierunt, nunc etiam
DEO & SERENISSIMIS
SAXONIAE DUCIBUS,
Dominis meis clemen-
tissimis, volentibus,
Jus Canonicum do-
centem audiatis quæ-
so. Equidem summam

ad

PROGRAMMA.

adhibebo curam, ut
meo satisfaciam officio
& vos laboris ac tem-
poris, quod impende-
tis, non poeniteat. Ex-
ordiar vero prælectio-
nes in Decretales cra-
stini Hora Decima po-
meridiana; & quidem
publice VALERII AN-
DREÆ DESSELII, Pro-
fessoris in Academia
Lovaniensi, *Erotema-
ta Juris Canonici*, ad
scopum nostrum con-
cinne digesta, inter-
pretabor ita, ut præter-
missa suppleam, cujus-

vis

PROGRAMMA.

vis capituli summam simul explanem, *erroresque Pontificios notem*, usum in nostris Curiis & Consistoriis (prout Statuta Facultatis nostræ peculiari-ter exigunt) subinde ostensurus: **extraordinariisive privatis** postmodum scholis ipsa sigillatim capitula expendam, nec non quæstiones eo pertinentes, nervose decidam, singulisque septimanis, publice privatimve tractata, disquisitioni subjiciam. Si quibus consilio & informatione mea alias in juris studio uti, vel disputando se exercere lubuerit, ipsis quoque operam spondeo fidelem ac indefessam.

P. P. Die IX. Aug. A. O. R.

clō Ioc LXXIX.

INDEX.